

ex hac participatiōe viuere et ad beatam esse puenire debet sine qua ad nichilum tendit ex se: et ad mortem sempiternā nisi per cibum viuificantē ingiter vegetetur ex participatiōe diuine virtutis et glorie quam participationem ideo comestionem voco. quia sicut corpus aīalis p cibū viuificatur calefit et impingatur. sic aīa rationalis p spm christi quo frui debet pleno affectu et intellectu nutritur vegetatur inflamatur et viuificatur. Et sicut angeli in patria pleno haustu bibunt de perbenni et vino fonte luminis et satiantur ab pbertate domus dei. sic sapientia eterna prouidit vt rationales animas hominū quas tam care redemit et p grā u magnificauit ac effecit similes angelis dei cibaret illo pane quo angeli nutriuntur sine quo nec illi nec isti viuere possunt. Et hoc per aliquem modum cōuenientē nobis paruulis. q. impossibile est nobis comedere cum isto mortali corpore illum panē vite in soliditate proprie forme scilz diuinitatis. Ideo vt comestibiles nobis panē pberet sub forma cōuenientiori scilz panis et vini corporalis nobis dedit. ppter cōuenientē similitudinē panis ad panem et refectiōnis ad refectiōnē. vt sicut angelos viuētes spūs cibatur verbo incarnato. sic mortuos hoīes in carne uiuentes cibatur verbo incarnato in sacramento suscepto. Unde dictum est. Panem angeloz manducauit homo. Et ego sū panis uiuus qui de celo descendi. Item nota q. sicut est cura deo de corpore aīalis cuiuscunqz puidere illi cibum cōuenientem. si cura est eidē de nutrimento sui corporis mistici: qd ē ecclesia/cuius filius dei est caput: nec aliūde vegetari et viuere debet q. a capite suo. sed omnia mēbra sua vnita et sibi in uicem coherentia in christo capite ipsius spiritu et amore nutriuntur p hoc sacramentū unitatis et pacis. Ac per hoc sicut non est vita corporis absqz incorporatione cibi cōuenientis. sic anime rationalis nō est vita spiritualis sine incorporatiōe et inuisceratione huius cibi spiritualis sibi cōuenientis. Unde inquit xps. Qui manducat me: uiuet ppter me. Hec est differentia inter cibum spiritualem et corporealem. quia ibi cibus comestus transit in substantiam et nutrimentū comedentis hic uero comedens incorporatur christo et transit in unitatez